



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CLXVIII. Der Markgraf Johann bestätigt dem Bischofe von Brandenburg den Besitz der obern Havel, am 15. Jan. 1316.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

CLXVII. Der Markgraf Johann bestätigt dem Domcapitel den Besitz des Dorfes Plözin,
am 15. Jan. 1316.

Nos Johannes, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie marchio — villam Plotzin, que cum omnibus suis appenditiis, cum precariis et servitiis quibuscunque iusto proprietatis titulo, quia de hoc plene informati sumus, pertinet preposito et ecclesie Brandenburgensi tenore presentium confirmamus et ad majorem securitatem prefatam villam cum omnibus et singulis precariis et servitiis ac appenditiis et juribus ejusdem universis solemnem donatione pro nobis, heredibus et successoribus nostris donamus et appropriamus predictis preposito et ecclesie Brandenburgensi in perpetuum habendam et possidendam, nihil juris nobis, heredibus et successoribus nostris in eadem villa in toto vel in parte reservantes. Ut autem etc. Testes hujus rei sunt Hinricus in Stendal decanus, Everardus in Stolp prepositus, Redeke de Redern, Mathias de Bredow, Henningus de Vorlandt et Buffo de Milow, milites. Actum et datum Templin, anno domini M. CCC. XVI. feria quinta post octavam Epiphanie.

Nach einer Copie des Copialbuches. (Das Original in den Händen des Besitzers des Dorfes.)

CLXVIII. Der Markgraf Johann bestätigt dem Bischöfe von Brandenburg den Besitz der
obern Havel, am 15. Jan. 1316.

Nos Johannes, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie marchio, cupimus notum esse universis Christi fidelibus, ad quorum notitiam presens scriptum pervenerit, quod superiorem Obulam, quam cum proprietate hereditaria, superiori et inferiori iudicio, tractibus, piscationibus quibuscunque et qualibuscunque et omnibus pertinentiis suis ad episcopum et ad ecclesiam Brandenburgensem didicimus libere pertinere, confirmamus reverendo in Christo patri, domino Frederico, episcopo Brandenburgensi, et sue ecclesie: et ad majorem cautelam prefatam Obulam et omnia et singula premissa cum earum pertinentiis eidem domino episcopo et suis successoribus nec non ecclesie predictae ob spem divine remunerationis appropriando donamus iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendum. Ut autem hec confirmatio, donatio et appropriatio robur obtineat sempiternum, presens scriptum nostri sigilli robore fecimus communiri. Testes quidem rei sunt Hinricus, in Stendal decanus, Everardus, in Stolp prepositus, Redeke de Redern, Matthias de Bredow, Henningus de Vorlande et Buffo de Milau, milites cum aliis fide dignis. Actum et datum anno domini M. CCC. sexto decimo, feria quinta post octavam epiphanie.

Gerden's Eistob. S. 525.

CLXIX. Der Markgraf Woldemar schenkt dem Domcapitel das Dorf Barnewitz,
am 26. Febr. 1317.

— nos, Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie marchio, dedimus et donando dimisimus honorabilibus viris dominis preposito totique capitulo ecclesie Brandenburgensis villam Bornewitz cum omnibus suis attinentiis et pertinentiis, limitibus et distinctionibus universis cum